



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

19 Liberatur à Curiali conditione cum liberis postea progenitis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

perit, ad heredes, seu successores suos, siue liberi, siue extranei fuerint, transmittendi, tam ex testamento, quam ab intestato liberam habeat facultatem, quod asseritur etiam in *l. iubemus 3.* ac *l. petitiones 5.* utrobique subvers. ut autem *ij C. De Aduocat. Divers. Iudicum.*

Quin etiam \* cum liberis, ac 19  
 tota eius substantia liberatur, a Curiali conditione, ne Curiae, ac eius oneribus sine amplius obnoxii *l. 2. C. de Aduocat. Divers. Iudicum,* & *l. final. C. de Decurionibus lib. 10.* ibi, quam viri eloquentissimi Fisci patroni nexibus Curiae liberantur, cum ad Fisci patronatum peruenerint, una cum substantijs, & liberis  
 Q 3 suis,

suis, idest postea progenitis,  
 sicut *ibidem* subditur in *vers. ex*  
*quo*; quod pro maximæ di-  
 gnitatis argumento ponderat  
 Amaya dicta *l. final. cap. 3. num.*  
*18. vers. sed præcipuum*; & ex  
 hoc asserunt Neapoli die 14.  
 Ianuarii 1580. decisum fuisse,  
 quòd Aduocatus Fisci sit de iu-  
 re immunis, ac liber ab omni-  
 bus functionibus Fiscalibus, &  
 præstationibus debitis ex bonis  
 eidem obuentis etiam causa do-  
 tis. Tassonus in *pragm. Ante-*  
*plati vers. tertio, obseru. 3. num.*  
*146. pag. 132.* ac Thorus in  
*Compend. Decis. Neapol. tom. 1.*  
*V. Aduocatus Fiscalis pag. 8.*  
 Et quia etiam in §. propterea  
*Auth. Constitutio que de Digni-*

*ratibus* generaliter sancitur, ut  
 omnis dignitas valens à Curia  
 liberare, hoc etiam suæ pote-  
 statis præmium honoratis præ-  
 ster, ut eosdem liberet à patria  
 potestate, rectè inquit Alfarus  
*dicta glos. 31. num. 11.* Aduo-  
 catum \* Fisci ob suæ dignitatis 20  
 prærogatiuam eximi à nexibus  
 patriæ potestatis; qua dignitate  
 inspecta etiam apud Fisci Ad-  
 uocatum \* legitimari possunt fi- 2  
 lii, ac serui manumitti iuxtà  
 claram dispositionem *dictæ l.*  
*laudabile 4. §. quoties, et §. his*  
*insuper C. de Aduocat. diuers. Iu-*  
*dicum*, quæ omnia repetit Re-  
 uerendissimus Scannarolus *di-*  
*cto cap. 4. sub num. 7.*

Nequè solùm \* ratione digni- 22

Q 4      5a-